Recipim' ⁊ hortamur oēs Exorcizatores hui' artis, vt ante oīa per nouē dies cōtinue sibi succedētib', ieiunet ⁊ se abstineāt ab oībus illicitis, ab oī imūdicia ab oī accessu mulierū, vani ⁊ turpiloquio, mēdacio ⁊ ceteris peccatis q̄ cōinānt hōiem. vitet frequētationē hōim, Maneat in sua camera seu cōclauū, ⁊ abstineat se ab omni opere alieno. Nihil cogitet vel agat, preter ea q̄ ad artē spectant, exorcizando vel cōsecrando necessaria, diebus ⁊ horis p̄libatis. Hoc autē tēpus custodie tēp' nūcipat, qz oīa q̄ ad artē expediūt in his dieb' p̄parāt. Quod si nequiuert expleri, faciat Magister aliqua, anteq̄ custodiā inchoet, dieb' ⁊ horis Mercurij, qz in p̄libatis nouē dieb', dies mercuri nisi bis obtingere nō potest, ⁊ ip̄ossibile eēt cōplere in duob' diebus tm̄ opus. In duob' autē diebus ⁊ noctib' Mercurij octies hora eius euenire pōt, ⁊ in reliquis diebus paulo minus, sic per figurā circularē folij. 87. trutinare licet. Dies vero custodie nisi ante inchoationē expimēti vel opis nō celebrant, quib' peractis, maḡt procedit cū discipulis ad locū opis destinatum. ⁊ procedit in proposito suo ope, sic sup̄ tactū est, cōstituēdo circulum desideratū. Quū vero in circulo steterit cū sodalib', moneat eos sic p̄libatū est vt oīno in oīb' ei obediāt, ⁊ vt nullus a loco q̄cūq; de causa se moueat, ⁊ ne timidi aut pauidi se p̄beāt, si obtigerit, sicut semper aut pro maiore euenit apparere stupēda, ⁊ insup̄ mōtes, turres aut moles ingētes igneas sup̄ eos ruere, ⁊ plura alia horribilia, ita vt finē seculi estimēt immineri. Et q̄ oīa ista paruipēdāt, qz nihil omnino eis nocere poterūt. Post has terribiles visiones multas alias videbūt illusiones. Vt turmas, agmina, ⁊ gentes inordinatē incedētes, pulcherrima forma p̄ditas, sine furore ⁊ māsuēti. Tūc stet discipuli stent fixi, capitibus inclinatis ⁊ vilipēdētes oīa, pertrāsire permittūt. Quāsi prosus (pusilanimēs effecti) ista videri inhoruerint, cooperiāt cū suis indumētis oculos. Fragorē autē ⁊ cōmotiōnē ⁊ horribiles sonitus declinare nisi virili aīo nō poterūt. Tunc Maḡt autē q̄si vir accitū gladio, indutus vestib' exorcizat' robuste

et fiducialiter, confortet discipulos suos ne timeant, quia circulus
 sic fortissimum et bene munitum eis est, et quod nec illis paucum est, ubi
 Diuina nomina et signacula existunt, maxime illis nihil aduersi im-
 minere, a quocumque principali vel inferiori spiritu, poterit, munus sacris
 5 Pentaculis et inuictissimis Dei Tetragrammati nominibus, et quod omnes
 iste illusiones preueniunt sunt desideriorum suorum effectuum. Postre-
 mo venient Reges regni, vel Imperatores imperatorum ipsorum spirituum,
 Principes et magnates, cum turba plurima, portantes omnium instru-
 mentorum musicalium genera, dulcissimos sonos edentes, et pertran-
 10 sive volentes. Tunc magister quasi valde indignatus et arroganter dicat
 eis, quo teditis. Tunc omnes commouebunt, maximum ymore, frugo-
 rem, commotiones, furorem, fulgura, corruscationes et tempestates in-
 gentes et terribiliores et horribiliores quam a principio. Veritamenim
 nec magister, nec discipuli nihil proorsus timeant velut pusillani-
 15 mes et pauidi et diffidentes, sed potius magister confortatus in Deo, di-
 cat eis audacter. A modo et statim nullus vnum presumat ultra
 procedere, et statim ostendat eis pentacula. Tunc omnis impetus,
 stridor, fragor et rumor cessabit. Et tunc Imperator eorum dicet.
 A tempore Salomonis, non fuit Exorcizator qui personam meam
 20 videre potuerit, nec posset, nisi esset ea que hic habes parata et nobis
 ostendis digna et potentissima ad construngendum nos ad tuam obedi-
 entiam. Et estimo te de progenie aut stirpe Salomonis ortum, vel de disci-
 pulorum eius cognatione natum, eo quod talia potuisti in nos exercere. Nau-
 a enim sunt que infringere nostram voluntatem, aut oblectari nobis et anili-
 25 lare nostram pietatem et interrumpere nostram velle, inueniunt. Quin et qui sa-
 at modos aut formas istius artis debitas, et ut qui congrua, ad
 exequendum ista rite, ducat vitam. ut tam stricte nos coherceat ad su-
 um libitum. Quam ob rem necessitate constructi, cogimur obedire ti-
 30 bi, nec quidem nostris technis et illusionibus, presentes, absentes aut ve-
 dentes vos irretire, aut intentioni vestre contraire, pre timore et ve-
 neratione Pentaculorum vestrorum. Qua propter, nunc mansueti et obe-
 dientes mandatis tuis, magister prudens et fortissime, esse volumus.
 Tunc magister ipse pro se et suis discipulis, petitiones, quas decreuit
 35 facere, det eis inscriptis, cum penna et atramento, ad ista parata,
 et eiciant tales petitiones extra circulum. Quam, vel quas accipien-
 tes in unum se congregabunt statim, consilium iniungentes cum Regibus et prin-
 cipibus suis, que confecto, reddunt magistro petitiones suas, et dicent. Fiat

quod petis et voluntas tua adimpleat in oibus. Et continuo dabunt tibi responsa secundum petitiones tuas. Obtento petitionibus, statim dabis eis licentiam, dicendo. Ite in pace, sine mora, sine strepitu cum mansuetudine, et sit pax vera inter nos et vos. In nomine domini Dei altissimi. Amen. De his latius, non continenda lege super folio. 14. linea. 7. per totum. Simul et ibidem, linea. 34. per totum.

Capitulum quartumdecimum de penna, atramento et alijs coloribus iugiter ad artem spectantia.

Recordare fili mi, et insige cordi tuo quod moneo, conducit enim tibi valde, et est. Ut quandocumque volueris scribere aliquid experimētum vel rem ad artem spectans, expedit ut penna et atramentum debito fiat. Pennam autem sic habeas et instituas. Die mercurij et hora ei, accipe anserem masculum, et e ala eius dextera euelle pennam unam ad libitum, et accipiendo eam dic nomina ista. Arboy, Marboy, Nasay, Lamary, Lyonar, Atamar. Pellite ab hac penna omnem fallaciam et omnem in se virtutem veritatis contineat, et eam per nomina vestra et in nominibus vestris custodite. Deinde a superfluitatibus eam mundabis, et cum cultello. l. artauo incidas ut habilis sit ad scribendum. et paratam suffumigabis debita et preparata suffumigatione, et aspergas cum aqua exorazata, de qua super facta est mentio. folio. 98. li. 28. Demum reponere eam in pannum sericeum, et recode eam sic cetera in locum mundum, cum ceteris sic recoditis. Vel accipe arundinem paruas, e carecto, et illam suffumiga cum turribulo, de quo super habet. fol. 98. li. 7. et. Et dic sequentes psalmos super eam, vel super pennam, si arundinem non habueris. Ps. Ecce quam bonum. 132. Ecce nunc benedicite. 133. et. Te Deum laudamus. et. Postea dic super eam hanc coniurationem. **O**niuro te penna, vel arundine, per Deum omnipotentem, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, ut sis in adiutorio meo, ad omnia experimēta que facere voluero, et operari intendo, ut in virtute tua, per Deum omnipotentem tibi collatum, et per eundem Deum creatorem omnium, incipiant, mediet et finiant. In nomine Patris et Filij, et Spiritus sancti. Amen. Postea, accipe pugillarē, hoc est atramentarium de cornu, vel de terra cocta vel de vitro, novum et scribe in circuitu eius, cum acu vel stilo. sic. Ioth, Eth. Ide. Uau. Ja. Ja. Ancreneton. Anabona. Sabaoth. Quod et super Calamarium quoque scribere potes. Encaustum vel atramentum pone in atramentarium, et pennam vel calamum in calamarium, et super atramentarium dic hanc coniurationem. **O**niuro te creatura encausti per Athana-

ton et per purū Stimulaton. Et per noīa illi⁹ q̄ oīa pōt, vt sis in adiutorio n̄ro ad oīa q̄ operari voluero. In noīe D̄i et Filij, et Sp̄s sancti. Amē. Deinde suffumigabis eū modo p̄dicto. sup. folio. 103. linea. 22. et aspergant cū aq̄ exorcizata sicut sup̄dictū est de penna, nō sup̄ duo, tres vel plura simul, sed super quālibet rem prose. Cū tali aut̄ pena et enciusto scribant̄ oīa q̄ in artibus aut̄ experimentis necessaria sunt, Q̄ si aliter scriberēt̄ incassum irent omnia, et nulli⁹ valoris. Et sic suis dieb⁹ et horis preparata, recondant̄ sicut de singulis supra dictum est, donec necessaria in opib⁹ fuerint.

10
Cap. 15.

De sanguine vespertilionis et alioꝝ animalū sanguine. Cap. 15.
Capiat vespertilio vnus, et coniuuet̄, sic. Adiuro et cōiuro te vespertilio, per Deū oīpotētē, D̄m et Filium, et Sp̄m sc̄m, et per omnes validas cōiurationes q̄ in mūdo fiūt. Et per oīa sacratissima verba q̄ de Deo oīpotēti creatori mūdi dicūt̄, atq̄ per omnia sacratissima noīa et signacula eius, vt sis in adiutorio n̄ro. *D* angele Samay et Adonel, Rogo vos vt sitis in adiutorio n̄ro, vt per vos impleant̄ desideria n̄ra. In noīe Dei oīpotēt̄ D̄i et Filij, et Sp̄s sc̄i. Amē. Deinde accipe acū artis et sub ala dextra punge vespertilionē et in vasculū vel scutellā p̄paratā recipe sanguinē eius, et dic. *D*ipotēs Adonay, *E*lloy, *E*lloe, *E*llyon, *S*aday, *D*ñe Deus admirabilis, solus timēdus, amandus, gloriificandus et adorandus. *T*e humiliter deprecor, vt vim et virtutē tribuas sanguini isto, in noīe tuo cōsecrato, vt per eū in virtute tua impleamus desiderium n̄m. *D*er dñm n̄m *I*hm Chm. et̄.
Item accipe totū sanguinē vespertilionis pungēdo illū per totum corp⁹, et exprime illū donec nihil remaneat, et ista faciēdo dic p̄dicta verba, *V*el amputa caput illius cū cultello vel artauo artis, cōsecrato sanguine sup̄radicto, modo sup̄radicto. *H*ūc sanguinē cōsuabis ad scribēdū cū eo Characteres, signa et alia necessaria artis vel experimentozum.

Capitulū sextūdecimū de penna yrundinis. cum qua plurima in artibus et experimentis scribentur.

30
Accipe pennā *I*rundinis, de ala dextra, vsq̄ p̄ma q̄ a vulgo dicit̄ *C*ultellus, et euellendo eam dic. *M*ichael angele Dei, adesto nobis et adiuua, vt cū penna ista quā ab ista ancilla extraho, valeā rite scribere oīa experimenta, q̄ in noīe tuo incipiunt, et per Deū altissimū mediāt̄, et per eundē q̄ p̄ncipiū, medium et finis est, optimū finē sortiant̄. Deinde cū cultello vel artauo artis eā incidās, vt apta ad scribēdū queq̄ existat. *E*t sup̄ pennā sequētes

dic psalmos. *Ag.* Ecce q̄ bonū. 132. Ecce nūc bñdicite. 133. *r.* De
Deū laudamus. Deinde, aspergant penna & sanguis, cū aq̄ exorci-
zata & ysopo. **C** Dari modo, cōsecrent penne aliarū auiū, q̄ in arte
& experimētū requirunt, cū quib⁹ scribunt diuersa, & aliq̄ etiā cū sang-
uine anseris & aliarū auiū seu aīaliū, sic in clauicula in propo capi-
tulo habet. Hanc aut̄ cautelā aiaduerte, vt tā pennas q̄ reliq̄ ab a-
nimalibus accipiēda, sunt eruenda vel extrahēda dū viuūt, & extra-
cta vel ab eis accepta, dimitte eas abire viuos. Licet de vesperilione su-
perius nō ita exp̄mat lectio. Ego autē ad min⁹ palpitātē eā dimittere.

Capitulū decimū septimū de pergamineo virgineo.

Pergaminū virgineū, seu carta pecorina virginea, vel simpli-
citer, Carta virginea, fit de animale qd̄ nūq̄ coitū inijt, siue
de masculo siue femina. Quā q̄ndoz de aīalib⁹ abortiuū con-
ficiunt, aliq̄ndo vero execta vel de matrib⁹ mortuis extracta accipi-
unt, vel mortuis natis, eam faciūt. Igit̄ cū qualētūq̄ habueris. Die
Mercurij & hora eius, accipe illud & seorsum vbi nulli cōspicius sis,
Prius aut̄ habeas premanibus artauū, & de arundineto, nouella
idest arundinē virgineā cū cultello aut artauo p̄cisam, quā vendica-
bis a folijs, & sup̄ bñe mūdātā, dic hāc cōiurationē. **A** Oniuro te a-
rundo, a Deo oīpotētī creata, per eundē totū maiestatis Deū patrem,
& per filiū ei⁹ vniciū dñm nrm̄ Jhm̄ Chm̄, cui⁹ caput impioꝝ manib⁹
arūidine dire percussū fuit, & pro sceptro regali ad ignominiā suam te-
nuit. & per Sp̄m̄ sc̄m̄, qui te cū eodē Dic & Filio educauit, vt vim
& virtutē accipias, q̄tenus nro conatu tecū hoc aīal exoriamur, & p̄
te nactet virtutē, vim & plenā habilitatē, vt q̄cūq̄ in pellē p̄paratā
scripserim⁹, ad desideratū effectū deducāt. **P**er eundē Deū trinum
& vnū. Qui viuūt & regnat Deus, per oīa secula seculoꝝ. Amen. De-
inde dic super eam psalmū. Deus iudiciū tuū Regi da. 71. Et cū
dicto artauo prepara cannā ad modū cultelli, & scribe sup̄ cannam
p̄paratā, cū sanguīe auiū exorizato, sic. **A** angele Adonael, esto ad-
iutor meus, & da vim & virtutē huic canneo cultello, vt per illud va-
leā implere q̄cūq̄ operari desidero. Amē. Deinde dic sup̄ eam hāc
O mīe Jesu Christe, qui per similit̄ arūdi- **P** orationem.
nē vel cannā, ab impijs iudeis neq̄ssime illusus fuisti. De-
humiliter deprecor, vt per tuā clemētīā, & per inuocationē sacratissi-
mi noīs tui, prestes mihi vim & virtutē, cōsequēdi q̄ in ope meo desi-
dero. Tribue mihi quoq̄, vt per inuocationē sc̄toꝝ Archangelorū

et angelorum tuorum presentis corium seu pergamini vim et virtutem efficacem
 obtineat, ad quamcumque in eum scribere et operare volueris, per coniuratio-
 nes vel caracteres, quos in eum oportuerit ad quamcumque opera exer-
 cere et effectum deduci. Qui vivis et regnas cum Deo patre et spiritu sancto. etc.
 5 **D**ione dicta, Cum predicto cultello arundineo incipe excoriare ani-
 mal, et excoriando illud dic interrim. Adonay, Saday, Tetragra-
 matō. Adestote sancti angeli Dei et date vim et virtutem huius corio,
 ita ut in nomine vestro consecretur, quatenus plene obtineat veritatem effica-
 cem in omnibus quae in eum, cum praeparatum fuerit, scripta fuerint, perveniant
 10 ad desideratum effectum nostri desiderij. In nomine patris et filij et spiritus sancti
 Amen. Cumque ita exortizatum fuerit. Accipe sal et super illud dic sic.
Deus deorum et Dominus dominantium, Qui cuncta sola tua bonitate et
 nulla necessitate creasti. De tua largitate, benedicere et sanctifi-
 care digneris hoc sal ad usum et commodum huius corij, ita ut adiuto-
 15 rio eius ad debitam perfectionem perveniat, et tandem tale virtutem
 acquirit, ut quamcumque in illud scribentur, sine fallacia ad optatum
 desiderium nostrum perveniant. Postea accipe sal, et vas mundissi-
 mum et mitte corium in illud bene sale conspersum, floremque calis a-
 pone, sic dicendo. Amay. Onoy, Allyon, Alyson, Danomos.
 20 Adestote et implete hoc vas benedictionis vestrae. Et de eo expellite om-
 nem fallaciam et impedimenta nociva, ita ut corium in eo coniectum
 induat vim et virtutem ad perficiendum cum eo sine fallacia quicquid
 voluerimus. Deinde mitte intus aquam mundam, cum qua dissoluebis
 calcem. Et tunc, salva pace, imponendum erit corium, et oratio praehabita di-
 25 cenda, Stabit autem pellis in olla seu vase sic, tribus diebus cum su-
 is noctibus, quibus elapsis, extrahere pellē, et cum cultello, dicto, aru-
 dineo, abrade pilos. Antequam vero ad ista pervenias, debes praeparatum
 habere de novella virga auelani
 30 circulum instar hic designati, et cum artauo
 sit uno ictu abscisa, et priusquam eam absan-
 dat dicat sic. Adonay sanctissime, po-
 ne huius virge virtutem, ut sine aliquo
 vicio aut impedimento pellis virginea
 in ea siccet. Deinde accipe filum siue
 35 cordam tenuam a puella virgine filatam
 et conficiendo vel torquendo filum duplicatum
 dic. Deum nostrum, cum Ave maria. Et accipe



lapillos paruos rotundos & mundos, & immitte illos in extremi-
 tates oblongas corij seu pellis, & stringe illos fortiter cū cordula
 intus & de remanēte filo vel cordula, liga & cōnecta pellē ad di-
 ctū artū auelane, similiter fac cū oīb⁹ reliq⁹ extremitatibus ob-
 longis, Cum vero ista agis dic verba seq̄ntia: **Ag.** Terragrā-
 5 maton Sabaoth fortissime, sine quo nihil fit, indue virtute tua
 lapillos istos, vt per illos coriū istud debite curet^r & siccet^r, & eijce ab
 eis omnē fallaciā & impedimēta vniuersa, q̄tenus pellis ista habe-
 at virtutē debitā ad oīa opa n̄ra. Deinde liga dictā pellē in pre-
 10 dictū circulū sic sup̄dictū & depictū constat, & ligando dic. **Agla**
Joeh, Ildeth. Ildc. Nau. Emmanuel. Adestote in ligando & custo-
 diendo hanc pellē, vt in ea remanere nec in eā intrare fallacia ali-
 * valeat qua. Et hec dicta, dimitte eā siccare in vmbra in aliq̄ secreto loco do-
 matis, vbi aēre & nō sole fruet^r per tres dies. Q̄ndo vero exposue-
 15 ris eā ad siccandū. Asperge eam cū aq̄ & ysopo exorcizata, sic su-
 pra dictū est. Dicendo. In noīe **Idūs & Iulij, & Spiritus sc̄i.** A-
 men. Asperge eam **Dñe Ysopo,** & mūdabit^r ab oī fallacia imū-
 dicia & nequitia, tūc em̄ per te sup̄ niuē dealbabit^r. **Trā** factis tri-
 bus diebus, incidat^r a circulo cū cultello vel artauo artis. dicēdo.
 20 **Ancor, Anacor, Amilos, Theodomos.** Adestote ad custodien-
 dū hūc pergaminū & cartā virgineā. Deinde suffumigabis ip̄as
 suffumigatione prenoīata, demū recōde eā in pannū sericeum si-
 cut cetera cū ceteris. **Aerūtamē** caue, ne vnq̄ ulla necessitate cō-
 pulsus, vlli mulieri q̄cūq̄ horū detegere vel manifestare p̄sumas,
 25 Qui vero cartā virgineā facere voluerit, sint viri pure cōscien-
 tie, b̄ne disposito aīo, & ad hāc artē habiles, nō viciosi, nō malino-
 li, loq̄ces & proximis detrahētes, nō libidinosi & inhoneste viuētes,
 & cetera q̄ ad probū & b̄ne institutū virū spectāt habeāt, sic & iā su-
 pradictū etiā constat. Carta aut̄ virginea, si sic p̄parata nō fue-
 30 rit, nec vim, neq̄ efficacē virtutē cōtinebit.

Sequitur alius modus cōficiēdi pergaminū virgineum.

S fortassis tibi valde tediosum videret^r p̄dicto modo con-
 ficere cartā predicto modo. Accipe tūc cartā virgineam
 cuiuscūq̄ aīalis, **Ag** aguinā, **Ildedimā,** **Antulinā** vel **Cer-**
 35 **uinam,** sint masculina vel foeminina, nihil interest. Quā exorciza-
 bis, sic sup̄ habet^r, siue vt hic infra dicit^r. **Aerūtamē** nō erit tāte effi-
 cacie. Igit^r huic carte fac suffumigiū de specieb⁹ aromaticis sic sup̄

suo simili cōcordet, alioquin incassum ibit experimētū sicut in imagi-
 nibus comprobatur. Cera virginea cōficitur de apib⁹ nouellis q̄ nūq̄ a-
 lias Cera vel mell habuerūt, aut foetū emiserūt. Et terra virgi-
 nea illa est q̄ e fundamētis edificiorū prope aquā, aut in puteorū
 5 fossionib⁹ penes aquā effodit, et vulgariter argilla nūcupatur. Et
 cū quis voluerit q̄cūq̄ de aliq̄ horū operari, anteq̄ quicūq̄ incipiat, su-
 per materiā iā iam p̄paratā dic sequētē exorcismū. **E**xorzabor,
 Exorzitabor, Aesitabor, Adonyon, Lazomon, Donoymon, Asmen-
 daly, Artotaly, Linyaly, Cosmyas, Diosinas, Alionas, Comtimax,
 10 Drepaxidos, Dryados, Marbonidos, Alaymay, Lathay, Cephay,
 Equauit, Balmainit, Unaut, Conpares, Ethies, Gialydes, Ly-
 oniden, Trophylides. Adestote in adiutorio meo, Inuoco enī vos
 in opere meo, et per vos incipio, et per vos illud finire cupio. In nomīe
 15 Dñi et filij, et Spūsscti. Amē. Quo dicto, incipe dicere seq̄ntes psal-
 mos. Uig. Dñe q̄s habitabit. 14. Deus Deus meus respice in. 21.
 Beati quorū. 31. Deus deoz dñs. 49. Misere mei Deus se. 50.
 Deus in noīe tuo. 53. Exurgat Deus. 67. Deus iudiciū tuū. 71.
 Quam dilecta tab. 83. Dñe Deus salut. 87. Dñe exaudi orōnem
 meā et clamor. 101. Beati imaculati. 118. De profundis clam. 129. **a**
 20 Dñe probasti me. 138. **b** Dñe nō est exaltatum. 130. Postea fac dice-
 re super eam tres missas. Id est super cerā tres, et super terrā toti-
 dem. Deinde suffumigabis eā, suffumigatiōib⁹ exorcizatis, dicendo.
Domine Deus oīpotēs, incōparabilis maiestatis, incōprehen-
 25 sibilis, incōmutabilis excedēs oēs eternitates, sine fine, solus es
 timēdus, nemēdus, sup̄exaltādus, laudandus, gl̄ificādus, et grati-
 ficandus, q̄ per te oīa visibilia et inuisibilia cōsistūt, regunt, cōser-
 uant et subsistunt. neq̄ in celo, neq̄ in terra, neq̄ in mari, neq̄ in
 30 oīb⁹ abissib⁹ absq̄ tuo nutu fieri pōt. Tu em̄ solus es, qui es. Solus ete-
 nim vite et mortis clauē obtines, et quis resistebit oīpētati tuī tuo, ma-
 xime cū ictuū flagrantis fulminis nullq̄ mortalū oblectare queat,
 q̄ et capillo minimo (si ita fas fari licet) capitis comparari poterit
 tui, respectu minimo tuo nutu. Te toti⁹ bonitat⁹ abissum inuocā-
 do deprecor, vt nobis cōcedas per inuocationē Archangelozū et
 35 angelozū oīm, quatin⁹ hec cera, et terra ista induāt vim et virtutē,
 vt q̄cūq̄ per ea operari voluerim⁹ ad p̄fectū desiderū n̄m pueni-
 at. Benedicāt et sanctificēt in noīe sc̄to tuo, ita vt nulla fallacia
 in eis vigore seu virtutē prosus habeat, Amē, fiat, fiat, fiat. In no-

mine Patris, et Filij, et Spūsscti. Amen. Postea asperge eas cū aqua et ysope, sic sup continet. Et quotiescuq; cū cera aut terra, aliquid operari volueris, fac sicut in isto capitulo tractatum est, tūc enim peruenies ad optatum effectum, alioq; in cassū laborabis.

Capitulū decimū nonū tractat de acu et stilo.

Alta experimēta operant cū acu et stilo. Agit in die Jo-
uis et hora eius, fac fieri acū et stilū ferreū vel calibeum,
sed nō perficiēt hora illa, sed die veneris et hora eius fac
eos perficere. Defectos aut accipe seorsum utruq; in cōclauē tuū
secretū, et dic sup quēlibet pro se. **O**mnino te acū vel stilum
per Deū cūctipotētē, Patrem, et filium, et spūscctm, et per oēs vali-
das cōiuratiōes q̄ per uniuersum mūdū fuit. Per virtutē oīm
metalloꝝ, lapidum, herbarū atq; verborū. Et per illū cui a Pa-
tre Deo oīpotētī tradita est oīs potestas, in Coelo et in terra. Qui
ventur⁹ est iudicare viuos et mortuos et sc̄m per ignē. Ut acū
prias vim et virtutē, ut quāqd per te operatur fuero, sine fallacia
ad desideratū perueniat. In noīe Patris et Filij, et spūsccti. Amen.
Deinde dic super singulos sequētes psalmos cū duotiōe. Vig.
Dñe quid multiplicati. 3. Dñe Deus me⁹. 7. In dño cōfido. 10. Cō-
serua me. 15. Diligā te dñe. 17. Celi enarrant. 18. Dñs regit me. 21.
Moli emulari. 36. Expectās expectaui. 39. Quēadmodū. 41. Judi-
ca me Deus. 42. Deus repulisti nos. 59. Cōfitebor tibi dñe. et. qm̄
audisti. 137. Quib⁹ peractis fac tres missas sup singulos celebra-
re, expēsio semp tuis. Deinde in loco tuo asperge eū cū p̄dicta aqua
exorāzata, et sicut cetera in sericeos paños et locis debitis cōseruasti
cū istis similiter agas. Quum vero reposueris, dicas interim sequē-
tia noīa. Baruchata. Lamec. Dalmaret. Sedalsaria. Dady-
aldac. Sedoclya. Dargamodaria. Badalaria. Geoderia.
Lomularia. Dararia. Geordia. Lilya. Anigia. Dnolfina.
Benifaria. Amilaria. Compariodon. Lamedon. Thecorion.
Ombyon. Dissen, Landon. Ae. Jon. Syon. Syson. Trignon.
Lufatron. Leon. Seson. Bessē. Agla. Aglay. Aglata. Agla-
oth. Agladram. Beriones. Angeli Dei piissimi et optimi adesto-
te custodes istius acus vel stili, qui in multis operibus nobis con-
ducit et valde necessarius in artibus nr̄is. In noīe Patris et Filij,
et Spūsccti. Amen.

Capitulū. 20. de operatione pergaminū virginē, confecto.

cto de prenominationis animalibus, similiter de carta bombicina.


Requentissime accidit, ut non sine membranis, agnibus
 Hedinis, Vitulinis, vel Ceruinis, et quandoque bombicinis
 uti expedit in experimentis et artibus. Agitur ut sit qualiter de-
 cet. Accipe quaecumque habueris et coseca illa sic. Primo, pone thus
 exortizatum in prunarium sic super folio. 107. linea. 37. et fol. 108. li. j. et
 de olla carbonum aut prunario habet, et expande cartam seu membranam
 virgineam super suffimentum et dic deuote sequentes psalmos. Videlicet.
 Domine deus noster. 8. Domine quies habitabit. 14. Deus deus meus respice in. 21.
 Quam dilecta tabernacula. 83. Domine exaudi orationem meam et clam. 101.
 Dein dic sequente orationem deuote, bis. **S.** Adomus. Theophylos. Do-
 mine Deus omnipotens, quod omnia in sapientia tua condidisti. Qui Abraam
 primum fidelem in seruum tuum elegisti, cuius semine sicut stellas coeli multipli-
 casti. Qui Moyse seruo tuo de medio ardentis rubi apparuisti,
 et nomen sanctum tuum quod est Lybie Ephyco reuelasti. Qui populum
 tuum siccis pedibus per mare rubrum gressum prouidisti. Qui moysi seruo tuo
 in monte synai legem saluationis tribuisti. Qui salomoni filio regis
 David prout huiusmodi sapientiam tribuisti. Tuam suppliciter adoro
 maiestatem, et tuam implozo clementiam ut concedas mihi, quantum in
 virtute et benedictione tua, ista carta consecretur et preparetur sic expe-
 dit, virtutemque debitam semper obtineat. Per te sacratissime Ado-
 nay Sabaoth. Cuius regnum sine fine permanet per infinita secu-
 la seculorum. Amen. Postea asperge illam cum aqua exortizata et ysope, si-
 cut sepe edoctus es. Et in pannum sircum pone, collocans cum ceteris
 ad artem requisitis. Simile vel tale membranam Exorcizatores et di-
 scipuli eorum de portabunt secum, cum articulum sunt intraturi et artem
 operaturi. Denique quoque cum atramentario, et reliquis instrumē-
 tis sic super diffuse tractatum est. Super membranam scribende sunt
 petitiones, et omnia que Spiritus magister et socijs suis insinuabunt.

Capitulum. 21. de Characteribus in arte describendis.

Quando aliquis vult exercere aliquam artem vel aliquid experime-
 tum in quibus oporteat scribere characteres vel hmoi, et time-
 as errare in characteribus, ne errore impliceris et formidine care-
 as. Antequam quicquam scribas, in principio, et in fine Characterum pone co-
 secratum nomen hoc. **Uz.** Lycharehyon Anosbias in Carta vir-
 ginea consecrata, cum pena et atramento consecrato, et coporta tertium in
 mundissimo panno sericeo, sic super dictum est. **¶** Quandoque autem

volueris scribere characteres, in principio Characterū & in fine eorum
 scribe predictū nomē. *Ag.* *Lycharelyon Anosbias.* Et sic cū deu-
 tione. **A**ltissime creator oīm, sine quo in Coelo sursum & in terra
 deorsum nihil fieri potest. Tuā immēsam clemētiā & incōparabilem
 5 pronā benignitatē humiliter deprecor, vt sacratissimū nomē tuū hic
 descriptū, vi & virtute tua munias, vt per p̄sentiā eius, presentes cu-
 stodiant, & in virtute cōfirmēt, ita vt careāt omni fallacia, & quo-
 cunq; alio impedimēto, characteres descripti, sintq; per eūdē sacra-
 tissimū nomē tuū b̄ndicti & sc̄tificati, vt nulla neq̄tia vel obstrigila-
 10 tio vel cuiuscūq; generis obstaculū eos eneruat. *Deo d̄m n̄m Je-
 sum Ch̄m filiū tuū. Qui tecū viuūt & regnat in vnitāte sp̄s̄ sc̄ti. ꝛc.*
Q̄ si sic feceris nunq̄ in similib; experimētis falli poteris.

*Capitulum. 22. de panno sericeo, ad custodiēdum in eo
 quocunq; cōsecraueris vel exorcizaueris pro experimentis.*

15 **Q**uandocūq; res aliq̄ cōsecrata fuerit, pro aliquo experimen-
 to, ponenda & custodienda est in valde mūdū & preciosum
 pannū sericeū. Si vero id pre manibus nō fuerit, saltē sit go-
 sipiniū, Si quoq; id defuerit, sit lineū valde delicatū & p̄ciosum. In
 quocunq; horum si habueris, cū penna & atramēto cōsecratis, scri-
 20 be cum debita attētiōe & reuerentiā nō ficti characteres seq̄ntes. *Ag.*

 . S . R . B . O . Character. S. sic esse debet ¶.

25 Omnes predicti characteres sicut sepe monitū est, scribi debēt cum
 penna & atramēto cōsecratis diebus & horis sepe sup̄ citatis, *Sup̄e-
 rioribus aut̄ characteribus in panno designatis, addūtur sacra se-
 quentia noīa. Ag.* *Adonay. Anosbias. Anereneton. Agla. Atha-
 natos. Ayos. vl. Agios. Ancoz. Anator. Anyles. Theodamas.
 Agnepheton. Cedyon. Ametolpharas. Theos. Tetragrammaton.*
 30 *Deinde suffumigabis eos suffumigatiōib; supra scriptis. Et asper-
 ge illos cū aq̄ & Ysopo exorcizatis. Deinde cum deuotione dic psal-
 mos sequētes super eos. Ag.* *Deus iudiciū tuū. 71. Ecce q̄ bonū.
 132. Ecce nūc b̄ndicite. 133. Laudate d̄m de coelis. 148. B̄ndicite
 omnia opa. Te Deum laudamus. Demū sup̄ sit preparata experi-
 35 mēta, fac dicere, tres missas, tuis t̄n iussioib; & eleemosinis. Deinde
 sit & sup̄ tactū cōspicit, redōde ea in loco mūdissimo cū preciosissimis
 aromatib;. Et caue solite ne ad mulierū cōtactū vel noticiā pueniāt.*

Capitulū. 23. videt esse Epilogus totius Clauicule.

Non inconsulte hoc capitulū, quasi epilogus totius clauicule ultimati adijcit. Quia quasi cētū vel polus Coeli omnium stellarū axis est Alrukaba, sic q̄ hoc capitulū, oīa in hac clauicula sumatim cōprehēdit. Nec facile quācūq; artē vel qdāq; experimētū inconsulto isto capitulo ad effectū ducere quibus, nisi prius singula in eo cōtēta trutinaueris. Quare q̄cūq; ista neglexerit, proculdubio incassum laborabit. Propterea oportet vt perlegat illud sepiissime a p̄ncipio vsq; ad finē, notādo & cōsiderādo cōclusiōes singulorū capitulorū, q̄ quicq; hui⁹ artis ad desideratū effectū deducere cōsiderauerit. Ideo rogatū habere, in p̄mis volo, q̄māq; ad cui⁹ man⁹ hic liber peruenerit, vt nulli tradat vel manifestet, qz liber hic secretus secretorū nature, immo sup̄ naturalium rerū, magna cum reuerētia tanq̄ archaniū Diuinū in magna custodia tenēdus est.

Tu autē magister vel lector, sis cautus, prudēs ac circūspect⁹, si aliquid hui⁹ artis perfectiōis emolumētū adipisci in veritate cōcupieris. Deniq; p̄mo & p̄ncipaliter animaduerte, vt in oīb⁹ opibus tuis eligas diē Mercurij & eius horā, post silentiū Lune vsq; ad eius ferē oppositionē, In quibus facies & preparabis, Artium & reliq; instrumēta artis iuxta tenorū singulorū capitulorū de eis tractatū. Si quid autē remanet ad perficiēdū, expectabis aliū Mercurij diē cū hora sua, addēte lumine luna. Dari etiā modo oīa reliq; ad artē spectantia instrumēta instituas ad perfectionē vsq; sic q̄libet caplm de cui⁹libet loquit. Cōsecratiōes q̄ singulorū sub eodē die & hora, inchoanda & p̄ficienda sunt, cū lune statu p̄habito. Quādoq; autē horū quicq; cōsecrare volueris, fiat in tuo cōclauī secreto, sicut sup̄ in p̄mo libro cap. 3. folio. 64. linea. 4. de domo seu camera loquit, q̄libet esse debeat. Et hora cōsecratiōis, habeas prunariū tuū cū aromātibus exortizatis, sicut sup̄ edoteris, cap. 10. libri secūdi. folio. 97. li. 9. & suffumigabis ea sic scis. Deinde q̄ aq̄ exortizata aspergas, sicut sup̄ de aqua & ysopo tractat. libro. 2. cap. 11. linea. 28. Quū vero cōsecrata fuerint, repone & recōde ea sic sepe monit⁹ es, & sup̄. cap. 22. folio. 112. linea. 15. p̄cipue cōtinet. Nūc sequit in prothotypo. vt super oīa cōsecrata iunctim faciat celebrare missas nouē cōmunes, qd̄ salua pace nō approbo, maxime prop̄ scādālū qd̄ inde oriri poterit, propter circūstātū pot̄ prauā q̄ bonā suspitiōē. Estimo em̄ sufficere sup̄ q̄libet rē sic sepe monitū est suas p̄uatim dicere missas.

Quib' oibus rite ita dispositis & preparatis, quū qd operis aggredi volueris, expectabis diē & horā debitā, sicut sup. in cap. nullo folio. 79. linea. 16. Et cap. 7. li. 22. fol. 93. & alibi sepe tactū est. & sine vlla alia solēnitate vel cerimonia, incipe opus vel experimentū tuū, in noīe sacrosctissime & indiuidue trinitatis. Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Laus & gloria, Benedictio & gratiarū actio, sit semper oīpotēti Trino & vno Deo Patri & Filio, & Spiritui sancto. Amen.

10 De secretis Zahelis, nota que sequuntur.

Quū fuerit in aliquo loco vel domo aliqua diabolus vel infestatio malorū habitantū, vel secuta fuerit eā aliqua res terribilis q̄ fuerit timēda, vel aliquod phantasma appārēs, & volueris remouere eum a loco suo, aut ab aliquo hoīe per carmē, aut aliq̄ inquisitione vel ingenio, caue ne sit

15 Luna vel ascendēs in aliquo horū signorū, in. A. s. &. G. in. m. & . iii: sed sit. D. in ceteris extra hoc separata a malis, & iuncta fortunis.

20

25

30

35



De suffitib⁹ & ear⁹ ratioe & potētia. Et etiā. 8. folio. 16. 2.

Suffumigationes quādam ad stellas accommodate plurimū possunt, quatenus aere spiritūq⁹ vehemēter afficiūt ad dotes celestes opportune sub stellarū radijs capessendas: spūs em̄ nē ab hmōi vaporib⁹ plurimū trāsmutat, siquidē uterq⁹ sit vapor quādam alterius similis. Aer etiā per dictos vapores inferior⁹ & celestū q̄litatib⁹ facillime affect⁹, in precordia assidue & repēte penetrans, ad similes nos mirabiliter redigit q̄litates: qua re vaticinaturō adhibere solēt suffumigatiōes ad phātasīā afficiēdā, quā quādam certis numinib⁹ cōsentaneē ad diuinā inspirationē suscipiēdā nos accommodāt. Sic dicūt. ¶ Suffitus ex semine lini, & semine psyllij, & radicib⁹ violę, & apij, facit videre res futuras, & cōfert ad prophetiā. ¶ Quātū vero suffumigatiōes in aere possint nemo mirer⁹ quā sentiat cū Porphyrio, certis quibusdā vaporib⁹ a proprijs suffumigatiōib⁹ exhalātib⁹, aereos demones statim allia & insinuari, tonitrua & fulmina induci, & similia, quāmodō. ¶ Secur Chamelēotis in sumis tegulis vstū, cōstat imbres & fulmina incitare. ¶ Similiter, caput & guttur, si roboreis lignis accendat, imbrū & tonitruū cōcussus facere. ¶ Fuit etiā suffumigatiōes, sub opportunis stellarū influxib⁹, faciētes demonū idola in aere vel alibi protinus apparere. Sic inqunt. ¶ Si ex coriādro & apio, siue hyoscyamo cū cicuta fumigiū fiat, demones statim cōgregari. Idē illas herbas spirituū vocāt. ¶ Similiter dicūt. Si ex radice canne ferule cū succo cicute & hyoscyami & tassi barbassi & sandalo rubeo, ac papauere nigro, facta cōfectiōe, fiat suffitus, facit apparere demones & figuras extraneas. Et si istis additū fuerit apij, fugat demones, ex omni loco, & destruit idola illoz. ¶ Simili modo, suffitus fact⁹ ex calaminato, pēonia, mēta & palma Chri, oēs malos spūs, & noxia phātasmata propellit. ¶ Idē eterea, certis suffumigijs, quādam aialia cōgregari, vel fugari tradūt, sicut de lipare suffito refert Plini⁹ oēs bestias euocari. ¶ Sic e summo gutture cerui ustis ossibus cōgregari serpētes. Cornu vero ceruino suffita fugari. Idē faciūt penne pauuonū, suffite. ¶ Similiter accēso pulmone assini, venenata oīa fugere. ¶ Ungula equi suffita in domo aliq⁹, effugari mures. Idē fieri ex vngula mulę certū est. ¶ Mustas q⁹ ea fugari, si de sinistro pede fuerit.

¶ Et dicit, q̄ si suffumiget̄ domus aut loc⁹ aliq̄s cū felle sepie, confecto cū thymiamate ⁊ rosis ⁊ ligno aloës, si tūc proieciat̄ in loco illo aliq̄d de aqua marina aut de sanguine, videbit̄ tota dom⁹ plena aq̄ aut sanguinis. Et si proieciat̄ ibi terra arata, videbitur terra tremere. **¶** Vapores autē eiusmodi corp⁹ aliq̄d efficere, ⁊ virtutē huic infundere atq̄ diuissime perseuerare, nō sēt̄ arbitrādū est, atq̄ cōtagiosus aut venenosus pestilētie vapor etiā vltra bienniū in pariete dom⁹ suat̄, habitātes inficit, ac q̄lis ex epidemia, vel lepra latēs in veste calamitas, diu postea inficit vtētē. **¶** Circo imaginib⁹ ⁊ annulis, ⁊ similib⁹ magie instrumēt⁹ ⁊ Thesaur⁹ abscondit⁹ suffumigatiōes certe adhibētur, q̄s haud parū cōferre **¶** Porphyri⁹ testat̄. **¶** Sed dicit, Si q̄s defoderit aurū vel argētū, vel aliq̄d p̄ciosum. **¶** D. O. cōiūcta in imo cœli, ⁊ suffumigauerit locū cū coriādro, ⁊ croco, ⁊ hyoscyamo, ⁊ apio, ⁊ papauere nigro equis pōderib⁹ cōtusis ⁊ cū succo cicute distēperat⁹, nūq̄ inueniri aut auferri poterit, qd̄ sit absconditū est, semperq̄ demones custodiēt illud. Et si q̄s nitat̄ inde aliq̄d auferre, infestabit̄ ab illis, ⁊ incidet in phrenesim. **¶** Et dicit **¶** Dermēs q̄ sperma ceti in suffitu, nō habet sibi par ad alitiēdos demones, quare, si ex eo ⁊ ligno aloës, costo, musco, croco, thymiamate cū sanguine vpupe distēperat⁹ fiat suffit⁹, valde cito cōgregat spiritus aēreos. Et si ex eo suffumiget̄ circa sepulchra mortuorū, cōgregat manes, ⁊ vmbra mortuorū. **¶** Sic q̄ties ad. O. op⁹ aliq̄d dirigim⁹, suffumigam⁹ cū solarib⁹. Si ad. D. cū lunarib⁹, ⁊ similit̄ de ceteris faciēbāt. **¶** Et sciēdū q̄ sic cōtrarietas, ⁊ inimicitia est in stellis ⁊ spiritib⁹, ita etiā in suffumigijs ad eosdē, sic cōtrariāt̄ inuicē lignū aloës ⁊ sulphur: thus ⁊ argētū vniū. Et spūs inducti per suffitū ligni aloës, accēso sulphure, fugiūt. Quēadmodū exēplificat **¶** Proclus, spūm solitū apparere in forma Leonis, obiecto gallo, mox disparuisse, qz gall⁹ cōtrariat̄ Leoni. Et sic de similib⁹ cōsiderandū ⁊ practicandū est. **¶** De suffitib⁹ planetaz tractat̄ supra folio. 16. 2.

68	Habēdū aliquam mulierē. 18. 19.	127	Tesaurum vel bona. linea. 7.
70	Mulier. 5.		
70	Ipsamet veniet. 7.		
5	70 Mulieres. 13.		
70	Mulier. 13.		
70	Ipsam. 15.		
70	Mulieres. 25.		
10	70 Amorem. 25.		
82	Amoris. 23.		
137	Occidere. 11.		
141	Tesaurus furtiq ³		
141	Arietem. 13.		
15	142 Aquile vel gruis sanguine. 20.		
142	Carnis aquile vel gruis. 25.		
143	Spiritibus. 8.		
20	143 Spiritus. 16.		
143	Equi albi. 2.		
143	Apparebit. 4.		
143	Accipitris. 23.		
143	Ostenderis. 24.		
25	144 Duos oculos resper- tilionis. 11.		
144	Videbis. 13. te. 13.		
144	Spiritus demoniorū. 19.		
144	Fel cati. 20.		
30	144 Fel galline. 21.		
144	Spiritus. 22.		
144	Mecromatia. 23.		
144	Cor cati nigri. 24.		
144	Cati nigri. 25.		
35	144 Te videbit. 27.		
144	Lamarisci. 28.		
144	Separare. 29.		

Elenchus Capitulorum primi Libri Clauicule Salomonis.

Argumentū primi Libri Clauicule Salomonis. 25. 3:

Prologus Libri primi Clauicule. 25. 13:

Capitulum primū de horis convenientibus et earūdem partibus. 27. 34: 28. 1:

Capitulum de preparatione artis magice. 29. 25:

Capitulum tertium de essentia pentaculorum. 63. 26:

Capitulum quartū de experimētis recuperādi furata. 66. 15:

Capitulum quintū de experimētis Inuisibilitatis. 67. 24:

Capitulum sextum de experimētis Amorum. 68. 18:

Capitulum septimū de experimētis impetrationū et gratiarū. 72. 20:

Capitulum octauū de experimētis, odij, inimicitiarū discordiarū. 73. 23:

Capitulum nonū de experimētis ludibriorum. 75. 5:

Capitulum decimū de experimētis extra ordinarijs. 75. 19:

Sequuntur capitula secundi Libri Clauicule.

Prologus in secundum librum Clauicule. 77. 1:

Admodū breuis peroratio ad singula totius operis spectātia. 79. 16:

Capitulum primū, de omnib⁹ experimētis, quibus temporibus, lunationibus, diebus ac horis equinoctialibus siue temporalibus quibus fieri debeant. fol. 80. 81. 82. 83. 84. 85:

Capitulum secundū, quāliter exorcizator se exhibere debeat. 86. 1: et 87:

Capitulum tertium, qualiter socij magistri se habere debeant. 88. 1:

Capitulum quartum, de Ieiunijs, custodia et ceteris obseruationibus. 89. 22:

Capitulum quintū, de Balneis. 91. 24:

Capitulum sextū, de vestimentis et calceamentis. 92. 28:

Capitulum septimū, quis locus ad opera eligendus sit. 93. 22:

Capitulum 8. de ense, cultello, artuuo, ceterisque instrumentis. 94. 10. 11:

Capitulum 9. de constructione circuloꝝ et de introitu in eosdē. 95. 6:

Capitulum 10. de consecratione specierum, et suffitibus. 97. 9:

Capitulum 11. de aqua et hyssopo. 98. 28:

Capitulum 12. de lumine et igne in opibus necessaria. 99. 31:

Capitulum 13. retractas ante dicta et dicenda capita. 101. 7:

Capitulum 14. de penna, attramēto et ceteris coloribus. 103. 9:

Capitulum 15. de sanguine vesperilionis et alioꝝ animalium. 104. 10. 11:

Capitulum 16. de penna hyrundinis. 104. 31:

Capitulum 17. de pergamino virgineo. 105. 10. 11:

Capitulum 18. de cōpositione Cere et Terre virginee. 108. 32:

Capitulum 19. de acu et stilo. 110. 6:

Capitulum 20. de pergamino virgineo et diuersoꝝ animalium. et carta bombicia

Capitulum 21. de caracteribus artis. 111. 31:

Iseu gosipina. 111. 22:

- Caplm. 22. de panno sericeo ad recōdēdū in eo oīa cōsecrata. 112. 15:
 Caplm. 23. est epilogus totius clauicule, sine cui⁹ plectione nihil in ope-
 ribus seare attentabitur. 113. 22:
 Postremū sequunt^r pentacula sine Candaria. 115. 0:
 De suffitibus et earum ratione, vi et potentia. 117. 2:
 De Clauibus clauium. 119. 1. 2:

*Sequitur tabula contentorū in primo et secundo volu-
 mine Clauicule Salomonis.*

- A**rgumētū i. j. partē clauicu-
 le. folio. 25. linea. 3.
 Amozū experimēta qmō. cē. 68. 17. 18:
 Amozū imagines, qmō fiāt. 69. 12:
 Aqua et hysopus et cōsecratio. 98. 27:
 Aspersoriū qmōdo cōponit. 99. 17:
 Attramētū, ceteraq; colores et penna
 qmōdo pparent. 103. 9:
 Claus et stilus et eoz cōsecrā. 110. 5. 6:
Balnea qmō eē debeāt. 91. 24:
 Balnearū exorcismus. 91. 34:
 Benedictio sup exorcizata. 97. 28:
Circulus in oī ope fieri debet,
 et qd in cōpositōe ipsius per omnia
 expediat. 30. j. per totum.
 Coniuratio prima. 31. 9:
 Coniuratio secunda. 38. 16:
 Confessio ad Deum. pma. 34. 16:
 Coniuratio tertia. 40. 14:
 Coniuratio quarta. 43. 20:
 Coniuratio breuis, adijciēda post
 quālibet predictaz. 47. 21:
 Cōiuratio alia expedicō. 47. 21:
 Cōiuratio cōtra spiritus cōtumaces
 et inobediētes. 50. 5:
 Cōiuratio cōtra spūs qui apparere
 contemnūt. 53. 3. 55. 23. et 27:
 Coniuratio per breuis. 61. 14:

- Lōuratio ignis, quū noīa spiritu-
 um in eo cōburēdi sūt. 62. 26:
 Lōuratio spirituum amoz. 70. 18. 29:
 Circuli alteri descriptio. 76. 23:
 Lautela et instructio valde necessa-
 ria in hac arte. 81. 22:
 Canis si pro sonio eligitur. 88. 29:
 Circuli institutio, et quādo. 95. 6:
 Circuli schema. 96. 1:
 Circuli introitus quōrū ordinat. 96. 30:
 Cōsecratio specierū cū exorcismo. 97. 9:
 Characterū in arte cōscribēdoz, quō-
 ab eis tollit suspitio. 111. 30. 31:
 Claves clauium. 119. 1. 2:
 Circuli totalis descriptio, quōliter fieri
 habeat et quādo. 95. 6:
C Declaratio tabule quantitatis
 dierū ac noctium. 85. 28:
 Descriptio circuli totalis qualiter
 sit instituendus et quādo. 95. 6:
C Elenchus eoz quī in p̄ma parte
 clauicule tractant. 27. 11. 111. 2:
 Experimenta extra ordinaria. 75. 18:
 Elenchus opusculi sc̄di. 78. 5. 121. 15:
 Experimenta ad fumta. 80. 6:
 Experimenta inuisibilitatis. 80. 11:
 Expimēta odij et discordiaz. 80. 18:
 Expimēta amoris, gratie. 80. 14:
 Expimēta ludibriorum. 80. 21:
 Expimēta extra ordinaria. 80. 24:
 Expimēta versus om̄tē eligēda. 82. 20:
 Expimēta amoris et extra ordina-
 ria versus horēā vel septētrionē
 p̄paranda sunt. 82. 24:
 Exorcizator quomodo semper se ha-
 bere debeat. 86. 1. 2:
 Exorcismus super cereum. 100. 22:
 Exorcismus super ignem. 100. 30:
 Epilogus totius clauicule admo-
 dū necessari, ac recapitulatio val-
 de proficua et semper p̄e manib⁹
 habenda. 113. 1. 2:
C Figura generalis horarū equi-
 noctialium et tēporalium. 83. 6:
 Furatay seu ablatay rerū expimē-
 ta et eaz recuperatio. 66. 13:
C Oratiarū et impetrationū ex-
 perimēta quōliter fiūt. 72. 18. 28:
C Horarū explicatio. 27. 33. 28. 1:
 Horarū diuisio, et quid in singulis
 eligēdū vel opādū sit. 28. 31. 29. 28:
 Hyssopi et aque cōsecratio. 98. 27:
 Hyrundinis penna et ei⁹ cōsec. 104. 31:
C Inuisibilitatis expimēta. 67. 23:
 Imaginū institutio. 70. 8. 9:
 Inimitiaz, odij, discordiarū et dis-
 fidij experimenta. 73. 21. 22. 23:
 Imago discordiarū. 73. 24. 74. 10:
 Impetrationū et gratiarum experi-
 menta. 72. 18:
 Instructio et admonitio breuis sed
 necessaria. 81. 11. 12:
 Instructio et admonitio propēsiore et
 oppido cōducibilis. 81. 22:
 Instrumētū generale horaz vsuali-
 um ac tēporalium. 83. 1:
 Ieiuniū et custodia qualif. 89. 21:
 Instrumēta artis describuntur, cū
 eorundē exorcismo. 94. 11. 28:
 Icona instrumētoz artis. 95. 1. 28:
 Ignis qualiter accēdit. 97. 37. 98. 1:
C Ludibrioꝝ expimēta. 75. 4. 5:
 Lunationes in quib⁹ expimēta quō-
 operari debeant. 80. 36. 81. 1. 28:
 Lauare quōmō se d̄z exorcista. 87. 1:
 Lotus exorcista quōrū orare d̄z. 82. 7:

Loca ad opa deputata, q̄lia. 93. 21:
 Lumē & ignis q̄mō administrāt. 99. 31:
Wagice artis experimenta de-
 scribuntur. 80. 27:
 Magistri & discipulorū instructio
 & in oib' eorū observatio. 88. j:
Moia Dei sacratissima. 44. 21:
 Moia septuaginta duorū angloz. 45. 6:
Oro p̄ma cū exorcismo. 31. 9:
 Oro secūda cū exorcismo. 32. 26:
 Oro tertia. 33. 7:
 Oro q̄rta. 33. 33:
 Oro post cōfessionē p̄ma. 36. 16:
 Oro breuis in initio operis. 37. 31:
 Oratio ad 4. plagas mūdi. 38. 5:
 Orōnes dicēde ab exorcizatore postq̄
 omnia preparauerit. 86. 18. 29:
 Orōnes tēpore ieiunij & custodiē folio
 90. 5: 23: & reliqua. 91. j. 2c.
 Orōnes postq̄ balnear' fuerit. 92. 15:
Pentacula qualiter spiritibus o-
 stendenda sunt. 49. 36:
 Pentacula cuiusmodi esse debēt & de
 earū cōpositione. 63. 24: 2c.
 Pentaculoz virtus & potestas. 65. 26:
 Pomi experimētū quō fiat. 71. 15:
 Peroratio ac p̄paratio oīm operum
 q̄l' procedēdū sit. 79. 14: 80. j:
 Puer si eligitur pro socio. 2c. 88. 35:
 Penna & atramētū & cetera colores
 quō p̄parāt' & cōsecrāt'. 103. 9:
 Pergaminū virgineū quō p̄parāt' &
 cōsecratur. 2c. 105. 10:
 Pergamini virginei p̄positio. 107. 31:
 Pergamini virginei administ'. 111. j:
 Pergamini virginei cuiuscūq; aīalis
 cōpositio & cōsecratio. 111. j:
 Panni sericeī vsus. 2c. 112. 13: 2c.

Pentacula siue cādarā hñt'. 115. 0:
Quatuor mūdi plagas quōmodo de-
 bet exorcizator intueri. 38. 2:
 Quatuor partes mundi cōsiderandi
 venue q̄no spūs nō apparuerit. 53. 3:
